



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

IV. De personis quae aduersus clericos testimonium dicere prohibentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

in causis propriis accusandi licentia non est dene-
ganda.

III.

Item placuit, quotiescumque clericis ab accu-
satoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex
his, de quo prius egerit, probare non valuerit, ad
cetera iam non admittantur.

Cod. Can.
cap. 130.
Conc. Afr.
cap. 97.
3. quest. 10.
Placuit, vt
quoties-
cumque.

IV.

Testes autem ad testimonium non admittendos,
qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel
etiam quos ipse accusator de domo sua produxerit.
Ad testimonium autem, infra annos quatuorde-
cim ætatis suæ non admittantur.

Cod. Can.
cap. 131.
Conc. Afr.
cap. 98.
4. quest. 2.
& 3. Te-
stes autem
ad.

V.

Item placuit, vt si quando episcopus dicit, ali-
quem sibi soli proprium crimen fuisse confessum,
atque ille neget; non putet ad iniuriam suam epi-
scopus pertinere, quod illi soli non creditur: & si
scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nol-
le communicare, quamdiu excommunicato non
communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab
aliis non communicetur episcopis, vt magis caueat
episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis docu-
mentis conuincere non potest. Et subscripserunt,

Cod. Can.
cap. 132.
Conc. Afr.
cap. 99.

Cod. Can.
cap. 133.
Conc. Afr.
cap. 99.

Aurelius episcopus ecclesiæ Car-
thaginensis.

Faustinus ecclesiæ Potétinæ pro-
uinciæ Piceni.

Alypius Tagastensis, legatus pro-
uinciæ Numidiæ.

Augustinus Hipponæ Regiensis,
legatus prouinciæ Numidiæ.

Possidius Calamensis, legatus
prouinciæ Numidiæ.

Concil. Tom. 4.

Nouatus Sitiphensis, legatus pro-
uinciæ Sitiphensis, vel Mauri-
taniæ Tingitanæ.

Leo * Ospinensis, legatus pro-
uinciæ Sitiphensis, vel Mauri-
taniæ Tingitanæ.

Leo alius legatus prouinciæ Siti-
phenensis, vel Mauritaniæ Tin-
gitanæ.

Iocundus Sufferulensis, legatus

Nnn ij

* Ospin-
ensis, al. Mo-
ctensis.